Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift



41

refundant. vt etiam ipsi magno ferantur impetu. inortu tamen eorum stant placidi quo
adusq; luna sine lumine è. At ubi eam dierum accessus retexerit. tunc in suos
cursus refluos reuertuntur. Amportus quoq; qui oceano esse prohibetur cum reliquis
diebus ordine suo seruare dicatur lunari exortu euidens mutationis sue
fertur indicium dare. ut mare ipsum occidentale inq; spectatur amportus soluto
amplius accedat et maiore estu ferat. tamquam lune quotidiana assiduitatibus re
trorsum trahatur. Interum hisdem inpulsum ac retractum in mensuram pprium fundatur.
Vnde si mutaris quomodo defectum luna paciatur cum tantum ui mutationis habeat
siue considera et in eo magnum esse mysterium quod ei exemplo cognoscis omo
nichil rerum humanarum esse posse. In mundane tocius creature quod non aliquando
resoluatur. Nam si etiam luna cui tantum dns commisit ministerium ut illumi
net orbem terarum. Increscit et desinit. omniaq; ex nichilo orta usq; ad perfectionem
uenerunt. et iterum perfecta minuunt. celum enim et terra preteribunt. cur non id
moderationis assumimus. ut neq; in aduersis abiciamur animum. Qui enim
omnia fecit ex nichilo. facile te quoq; potens est ad summa. Inperfecta puehere.
Et rursus non extollamur in prosperis. neq; in potestate aliquid nos diuitiisq;
iactemur neq; in uiribus corporis aut pulchritudine gloriemur. inq; est
faciles corruptio. crebra mutatio. Et manentem in futurum animum gram
persequimur. Nam sicut lune ecclipsat occasus quem se semper reparat ac reformat.
multo magis ecclipsare te debet si anima perfectum uirtutis impleta
cum fuerit postea per inconstantiam animus atq; uecuriam a suo deflecta ppo
sito. studiaq; sua sepe adhoc commutet quod est insipientie atq; inscien
tie. Vnde In scriptura ait. Stultus ut luna mutatur. Et ido sapiens non cum
luna mutatur sed permanebit cum sole. Vnde In luna non est particeps stul
ticie. qa non luna mutatur ut stultus. sed stultus ut luna. Denique semen
iusti sic luna perfecta in eternum manet. et testis in celo fidelis. Aliud
est enim fungi ministerio. aliud circumferri ingenio. In sensus infirmi
tate fixam non habere sententiam. Luna pre laborat. et ppter uoluntatem
di sub dita est Vanitati enim creatura subiecta est non sponte. sed ppter
eum qui subiecit in spe. Illa quod non sponte mutatur. tu sponte mutaris.